

## 71

# INCIPIT LIBER DE FIDE ET DE NICENA FIDE

**F**ides conscripta apud niceam a recte credentibus episcopis tre-  
 centis decem & octo. Credimus in unum dñm patrem omnipoten-  
 tem omnium inuisibilem & uisibilem factorem & unum dñm nostrum  
 ih̄m xp̄m filium dī. natum de patre unicum hoc est de substantia  
 patris. dñm de deo lumen de lumine dñm uerum de deo uero natum non  
 factum. unius substantiae. cum patre. quod greci dicunt omoyson p̄  
 quem omnia facta sunt siue quae in celo siue quae in terra. qui pro-  
 pter nos homines & propter nostram salutem. descendit & incarnatus est  
 & homo factus est. passus est. resurrexit tertia die. ascendit ad cae-  
 los. in deum ut iudicare uiuos & mortuos & sp̄m s̄m. eos autem qui  
 dicunt erant quando non erant & prius quam nasceretur non erant & mu-  
 tabilem. uel conuertibilem esse filium dī. hos anathematizat catholica &  
 apostolica ecclesia. amendo. amore catholice fidei ductus. tam pridem  
 aduersus arranos libellum edideram. quem cum amico legendum de-  
 dissem quia placuit. credidit trans scribendum. a quo hoc ego mag-  
 no pere postulauit. ut interim dissimulatio auctore doctus uir & pru-  
 dentibus legeret. ut si quem mouisset. quod illic plus aut minus positum  
 uideretur. possit plurimorum consilio emendari. nemo est enim qui  
 sibi tam adroganter suam doctrinam caelestis adsumat. ut putet se  
 omnia misteria liquido comprehensa retinere. quippe cum apostolus  
 dicat. qui ergo putat se aliquid scire. necdum scit. quem admodum o-  
 portet scire. & modo per speculum in enigmate uidemus. tunc facie  
 ad faciem. si uero cunctis omnia quae illic scripta erant iuxta fidem  
 ueri constare uiderentur. tum & ipse peccantibus non negaret. quod e-  
 ita fecisse manifestum est. & quia res digna tam catholice confessioni.  
 quam hereticis responsionibus uersum iudicio estimata est. multum  
 uel legere. uel describere uoluerunt. sed non desuit. qui uel praetuli-  
 o doctrinae. uel pro arctis officio eaque a nobis dicta sunt. ser-  
 pulosus retractare. & quaedam illic uel superflua. uel ambigua.